

les substantias, plane ad arbitrium Chemici. Nec verò sine corrosivo dissolvi in metalla lapidésve ullo pacto possunt.

*Aphorismus* XX.

Omnia metalla, markasitæ, lapides, conchylia, simul ac vel liquidam vel salinam formam sunt adæpta, simplicia esse desinunt, vereq; dici res cõpositæ merentur. quandoquidem absque adjectione solventium in his formis neque consistere, neq; persistere diu possunt, usque adeò, ut, si illis priventur, has quoque pari ratione deponant, & tanquam postliminio redeant ad consistentiam solidam priorem.

*Aphorismus* XXI.

Solventium alia in formam liquidam resolvunt mineralia: alia in pulverem subtilissimum ea præcipitant.